

arca Pandorae

dramatis personae

Minimus (narrator and mischievous mouse)
Iuppiter (king of the gods and mortals)
Vulcanus (blacksmith god and craftsman)
Epimetheus (husband of Pandora)
Pandora (girl made by Vulcan)
Odium (Hatred)
Ira (Anger)
Paupertas (Poverty)
Dolor (Grief)
Arrogantia (Pride)
Invidia (Jealousy)
Avaritia (Greed)
Bellum (War)
Ignavia (Laziness)
Morbus (Disease)
Mors (Death)
Spes (Hope)

Scene 1 Mount Olympus

Scene 2 Land of mortals

Minimus: nunc sumus in monte Olympo. ille deus Iuppiter optimus maximus est. iratus est.
Iuppiter: o me miserum! mortales sunt pessimi! semper pugnant. me numquam adorant. eos punire debeo.

(paulisper cogitat)

consilium optimum capio! Vulcane, veni huc!

(Vulcanus intrat)

Vulcanus: adsum. salve, o domine optime maxime. quid vis?

Iuppiter: Vulcane, es artifex callidissimus. fac puellam formosissimam!

Vulcanus: eam facere facile possum. exspecta!

(Vulcanus exit.)

Minimus: Vulcanus nunc puellam facit.

(Vulcanus et Pandora intrant)

Vulcanus: ecce!puella formosissima!

Iuppiter: tibi gratias ago, Vulcane. Vale!

Vulcanus: vale, domine!

(exit)

Iuppiter:

(versus ad puellam) quis es?

Pandora: Pandora sum. quis es?

Iuppiter: Iuppiter, rex deorum, sum. quam formosa es! te amo! da mihi osculum!

Pandora: minime! te non amo. Epimetheum amo.

(Epimetheus intrat)

Epimetheus: o deliciae meae! nunc te in matrimonium duco.

(Pandora Epimetheusque basiant.)

Minimus: o quam fortunati sunt! lacrimo!

Iuppiter: vobis omnia fausta feliciaque sint. vobis donum dare volo. Minime, fer mihi arcam!

(Minimus Iovi arcam dat.)

Iuppiter: nunc ad terram mortalium descendite. ferte hanc arcam quod nunc vobis est, sed nolite eam aperire!

(Pandora, Epimetheus, Iuppiter exeunt.)

Minimus: Pandora Epimetheusque laeti sunt, sed Pandora arcam aperire vult.

(Pandora, portans arcam, intrat)

Pandora: arcam aperire debeo!

(arcam aperit.)

(omnes mali intrant.)

Pandora: eheu! multa animalia ex arca evolant!
Minimus: quid accidit? qui estis?
Odium: Odium sum. omnes mortales et omnia animalia odi.
Ira: Ira sum. semper iratissima sum.
Pauperitas: Paupertas sum. semper pauper sum.
Dolor: Dolor sum. semper lacrimo.
Avaritia: Avaritia sum. semper plures res cupio.
Invidia: Invidia sum. alii semper plus quam ego tenent.
Arrogantia: Arrogantia sum. melior quam omnes sum.
Bellum: Bellum sum. gaudeo quod mortales semper pugnant.
Ignavia: Ignavia sum. semper fessa sum.
Morbus: Morbus sum. gaudeo quod mortales aegroti sunt.
Mors: (cachinans) Mors sum. omnes devoro.
Pandora: o, omnes, desinite. arcam claudere debeo. Minime, adiuva me.
(Pandora et Minimus arcam claudunt.)
Pandora: (lacrimans) misera sum. quam mala et stulta sum! nunc terra locus horribilis est.
(sonus auditur)
Minimus: quid est? sonum audio. sonus in arca est.
Spes: sum in arca. sum Spes. propter me omnes sperant.
Pandora: Spes, in arca semper manere debes. mortales te amant.
Minimus: Spes nos animalia mortalesque semper servant. quam fortunati sumus!
(omnes exeunt. Pandora arcam maxima cum cura portat.)

Finis

Approx. 10 minutes.